

ILLVSTRISST

MO, AC GENEROSO PRINCI-

PI, D. Ottone Henrico, Comiti Palatino Reni Ba-

uariaeque duci, Principi ac domino suo Clemensissi-

mo, Cyrtacus Iacobus Typographus

S. P. D.

Si quis iusta ratione naturae scrutetur arcana,
Princeps illustrissime, plurima inueniet quae
admirari possit, quae usui humano adprime
necessaria, & ad humani corporis ualeudinem tu-
endam atque prorogandam sunt utilia. Huius rei
consyderatione veteres haud vana spelucri, aut in
anis gloriæ affectatione, auri argentiq; ultimam
quæsiuerunt essentiam, quæ ut prius terræ visceri-
bus erant inuoluta, & longo temporis progressu
naturali coctione perficiebantur: Ita & in ipsis ad-
huc contenta est coelestis quedam et aerea uis, cun-
cta creata uegetans & producens, quæ tanto no-
bilior ceterorum metallorum uirtutibus esse cre-
ditur, quanto perfectioribus corporibus est ad-
iuncta. Hanc ueteres omnis corruptionis exper-
iem esse cernentes, in ea fuerunt sententia, singu-

* ij